

2.2.

Recueil

Des

..

is-Titre

ins

.609.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE
10098
D

XV^ème s. n° ~~579~~ 55.
609

Recueil. composé de 7 pièces.
Complet
vu ce 3 octobre 1855.

609

Elegantiarum viginti
precepta



# Elegantiaꝝ viginta precepta Incipiunt

a D cõficiendas eleganter epiſtolas pauca ſcitu digniſſima ⁊ clariſſimoꝝ oratorum preceptis electa tibi memorie ſummopere ſunt commendanda que ſi frequenti vſu ſummaqꝫ attentione practicando animaduerteris. nõ parum fructus in dicendo ⁊ ſcribendo ↄſeq̃ris. Bene ſcribere epiſtolas ⁊ elegãter dicere trib⁹ rebus cõparantur. Arte. imitatione. et exercitatione id eſt vſu

Ars conſiſtit in terminis grammatice et in preceptis elegantiarum atqꝫ rhetorice. Ideo poſt rudes grãmatice regulas hec legãtur ꝑcepta. Imitatio vero cõſiſtit in aſſidua et attẽta auditione atqꝫ lectione dictoꝝ eloquentium virorum. audiendo nãqꝫ ⁊ legendo electas ſententias doctiſſimoꝝ eloquentia comparatur teſtante auguſtino dicente. Ad comparãdam eloquentiam magis ꝓdeſt ſi quis eloquentes audiat ⁊ diligenter legat q̃ ſi circa artis precepta ſe occupet Exercitatio cõſiſtit in cõtinuo vſu et conſuetudine dicendi et ſcribendi. In omni nanqꝫ diſciplina infirma eſt artis et regularum preceptio ſine ſummo illarum vſu et exercitio Nulla enim res tantum ad eleganter dicendum proficit quantum crebra ſcriptio

Rimum preceptum eſt de adiectiuo ⁊ ſubſtantiuo cui⁹ ſunt quinqꝫ puncta. Primũ adiectiuum venuſte precedit ſuum ſubſtantiuum

Exemplum

Optima virtus — Diuinum ingenium

Tua dignitas — Excellens prauitas

Secundũ inter adiectiuũ ⁊ ſubſtantiuum pulchre locatur genitiuus — Eemplum

Magna prauorum hominum malicia regnat.

Preclara ſtudioſorum ingenia laudantur



BIBLIOTHÈQUE MAZARINE

Varios multiformes qꝫ planetarum effectus in iſtis in-
ferioribus videmus

Tertiū inter adiectiuū ⁊ ſubſtantiuum elegāter poni-
tur relatiuum cum ſuo verbo per modum parentheſis
Eſt autem parentheſis elegās interpoſitio ſententie qua
remota ſermo remanet integer        Exemplum
Honeſta eſt(que a paucis colitur)philoſophia
Utilis eſt(quam pleriqꝫ cupiunt)pecunia
Video paratas(quas horreo)guerras

Quartū inter adiectiuū ⁊ ſubſtātiuum ꝙ venuſte po-
nit prepoſitio cum ſuo caſuali        Exemplum
Maximā in republica diligentiam habeto
Summum in rhetorica ſtudium facito
Magnas pro beneficiis receptis gratiarum actio-
nes agito

Quintum punctum inter adiectiuum ⁊ ſubſtantiuum
quandoqꝫ nomen quandoqꝫ verbum quandoqꝫ alia pars
collocatur.        De nomine
Summā quidem maria leticiā in annūciatione recepit
De verbo    Multa legiſti doctorum volumina.
De aduerbio. Qō in vix tandem peritiſſimū euaſiſti.
Et caueas ne adiectiuum nimium elongetur a ſuo ſub-
ſtantiuo quia hoc vicio non careret.

Secundū preceptum eſt de relatiuo ⁊ anteceden-
te cuius ſunt duo puncta

Relatiuū cum ſuo v̄bo pulchre in prīcipio ſermonis
locat̄ ⁊ antecedenti ſuo ꝑponit̄        Exemplum
Quā iam pridem optaui poeticam ſtudeo facultatem
Quem maxīa cum diligentia ſcripſi v̄giliū tibi cōmodo
Quas habeo tecum amicitias multi laudant

Oratores ꝑ elegātia id vſurpant vt antecedens cū ſuo
relatiuo cōcordet ſꝫ cū ſuo verbo vel adiectiuo diſcordet
Exemplū. Quas mihi dediſti lrās fuere ſuauiſſime:
Qō alii ſic. dediſti mihi lras que fuerunt ſuauiſſime

Quas tecū pegi amicitias mihi fuere gratiſſime. virgili⁹
Urbē quā ſtatuo vr̄a eſt. Therētius. Ut placerent pp̄lo
quas feciſſet fabulas Scriptura Sermonem quem
vos audiſtis non eſt meus.

Ertiū p̄ceptū eſt de ſuppoſito v̄bo ⁊ obliquo cui⁹
ſunt q̄ ttuor pūcta. Perfecta orō grammatica
trib⁹ cōſtat ptib⁹ ſuppoſito. v̄bo. ⁊ obliquo. que ptes mo
re oratoꝝ ſic ordinant. Obliqu⁹ in principio ſuppoſitū
in medio. v̄bum in fine venuſte locet Exemplum
Pulſantibus ⁊ perſeuerantibus ianua appetitur
Carthaginem ſcipio affricanus deleuit
Plurib⁹ reb⁹ ad regendā rempublicā politic⁹ indiget.
Secundū. Oīs obliqu⁹ elegāter ſuo regenti p̄ponit
Iſtud eſt magis vniuerſale. Et p iſtud p̄ceptū gtūs
frequētiſſime p̄cedit ſuū regēs. Ita datiu⁹ ⁊ ceteri obli
qui vt pꝫ in exemplis ſequētibus De gtō
Iudicis eſt ſemper in cauſis verum ſequi
Patroni eſt nōnunq̄ ſequi veriſimile.
Regū populoꝝ ⁊ nationū ſenat⁹ port⁹ erat et refugium.
Itē noctis tpe venit amici cauſa Datiuo
Diis parētib⁹ ⁊ magiſtris nō reddit equalens. Meis ad
te ſcriptis lrīs accurate reſpōdiſti De actō
Patrem ſequitur ſua proles.
Degeneres animos timor arguit De abltō
Ea ratione ad ſcientiarum ſtudium acceſſur⁹ vt bonarū
artium virtutem conſequamur
Tercium punctum Inter ſuppoſitum ⁊ verbum ſepe
oēs obliqui vel plures mediāt perornate. Exemplū
Ceſar magis facūdia in exhortādo milites q̄ fortitudine
monarchiam imperii adeptus eſt Therentius
Hic praue cōſuetudīs cauſa h⁹ mortem fert tā familiarit
Ego hoīes magnis v̄tutibus preditos ſummope diligo
Quartū Int ſuppoſitū ⁊ ſuū v̄bum elegantiſſime po
nit relatiuū cū ſuo v̄bo p modū parentheſis. Exēplū

Sapia(q̄ a pleriſqꝫ contēnit)eſt omni auro ꝓcioſioꝛ.
Amicitia tua(quā mult̄ officiis pateſeciſti)facit vt omnia inter nos debeant eſſe communia.
Cicero(qui ī dicēdi facultate tanꝙ̄ ſolis iubar effulſit) archipoete reddidit hereditatez miloni vitā donauit et ceſaris animū ſibi cōciliauit Jtem Therentius
Uirtus tua vel vicinitas(qō̄ ego in ꝓpinq̄ pte amicitie puto)facit vt te familiarit̄ noſcā Jtem Uirgilius
Aſt ego(que diuū incedo regina iouiſqꝫ ⁊ ſoroꝛ et ꝯiunx) vna cum gente tot annos bella gero.

Uartum ꝓceptum de mutanda oratione vnius modi in alium

Orationem ex v̄bo finiti modi qō̄ vel vt ꝓcedente mutabis elegāter in oratione̅ ex accuſatiuo ⁊ infinitiuo hoc eſt mutabis appellatum elegantiſſime in dictum
Appellatum eſt oratio ſuppoſiti et appoſiti ꝙ vel vt precedente Exemplum
Quod filii parentibus obediant eſt laudabile
Jtem dictum eſt nifinitiuus cum accuſatiuo ante ſe
Ut filios obedire parentibus eſt laudabile

Simplex grāmaticus dicit

Scio ꝙ iam deus punit damnatos
Audiui ꝙ tu ſcripſiſti litteras
Accepi ꝙ dux debellabit regem

Orator elegantius dicit

Scio deum iam punire damnatos
Audiui te litteras ſcripſiſſe
Accepi ducē debellatū ire regem vel debellaturū eſſe regē
Et debet hic ſeruari vt in hac mutatione non varietur tempus ſꝫ pn̄s indicatiui vel optatiui mutet̄ in preſēs infinitiui preteritum in preteritum futurum in futurum
Jtē actiuū in actiuū ⁊ paſſiuū in paſſiuū De actiuo Therentius. Meum natum rumor eſt amare loco huius Rumor eſt ꝙ meus natus amat. Chremes venit clam-

tās indignum facinus comperiſſe ſe pamphilum ꝓ vxo-
re habere hanc. In qua oratione ſunt duo dicta Et va-
let iſtam. Chremes venit clamitās ꝙ ipſe comperit in-
dignum facinus ꝙ pamphilus pro vxore haberet hanc
Item exemplū de futuro. Timeo petrū lingua ſua pra-
ua famam meam labefactum ire id eſt ꝙ labefaciet

De paſſiuo

Therentius. Qui poſtꝗ audierat filio ſuo non datum iri
vxorem. loco huiꝰ ꝙ vxor non dabit filio ſuo

Nota ꝙ eadem ſententia exprimitur tam in actiuo ꝗ in paſſiuo ꝑ futurum indicatiui et ꝑ futurū infinitiui per futurum particpii Exemplum

Audiui ꝙ rex francie inuadet flandriam
Audiui regem francie inuaſum ire flandriam
Audiui regem francie inuaſurum flandriam

Ita quoqꝫ eadem ſententia exprimit̄ per p̄ns indicatiui per preſens infinitiui et p̄ns participii Et ita ꝑ preteritum licet hoc variatur in participio
Et ſicut poſitum eſt exemplum in actiuo ita in paſſiuo diligens preceptor ꝑ varia practicabit exempla.

Uintū preceptū eſt de poſitione modi pro modo futuꝝ cōiunctiui pulchre quādoqꝫ ꝓ futuro indicatiui ponit̄. Ita quoqꝫ preteritū coniunctiui ꝓ preterito indicatiui ⁊ ita de preſenti.

Exemplum

De futuro Semper ego prouidero ne tuam offendero amicitiam id eſt prouidebo ne offendam
De preterito Dixerim pro dixi reperitur.
De preſenti Uelim pro volo ponitur
Item negligētem cum feceris ꝓ facies. Item morē tibi geſſero ꝓ geram. Item ſi famam meam defenderis ego te amauero pro amabo
Therentius. Ne lachryma crede inꝗ mihi aut conſolando aut conſilio aut re mea iuuero pro iuuabo

Jtem ſi pergis abiero pro abibo

Preſens infinitiui reperitur plerumꝫ apud poetas et oratores poni. pro preterito imꝑfecto indicatiui quod magis nobis mirandum ꝙ̃ imitandum ſentio.

Uirgilius Nos pauidi trepidare metu crines ⁊ flagrantes excutere ⁊ ſacros extinguere fontibus ignes pro nos trepidabamus nos excutiebamꝰ et extinguebamꝰ ignes. Therentiꝰ. Jnuidere oēs mihi mordere clanculum Ego floccipendere pro omnes inuidebāt mihi et mordebant et ego floccipendebam Saluſtius Reges populiqꝫ finitimi bello tentare pauci ex animis auxilio eſſe ꝑreges tentabant ⁊ pauci erant

Similes orationes tu ꝙ̃ plurimas comperies ſed nequaꝙ̃ in vſum tuum ducas. Non enim congrue dicitur quando ego ſcribere petrus ludere pro quando ego ſcribebam petrus ludebat

Extum preceptum eſt de ꝙ Magnopere aduertendū eſt vt a noſtris colloquiis hanc cōiunctionem ꝙ abiicimus Grammaticus dicit inepte

Moneo ꝙ tu ſcutum debitum mihi ſoluas

Rogo tu mecum prandeas.

Uolo ꝙ filius meus obediat magiſtro.

Orator dicit eleganter

Moneo tu ſcutum mihi debitum ſoluas vel te ſoluere.

Rogo ꝙ tu mecum prandeas vel te mecum prandere.

Uolo filius meus obediat magiſtro vel filium obedire magiſtro Therentius

Sed pater adeſt caue te triſtem eſſe ſentiat

Si me metuis mores caue in te eſſe ſentiam iſtos pro ne ſentiam

Hic nota iſta quattuor verba. Caueo. Uereor. Timeo.. Metuo idem ſignificant cum ne ⁊ ſine ne

Exemplum. Caue pater te triſtem eſſe ſentiat

Et caue ne pater te triſtem eſſe ſentiat idem ſunt

Ita quoqꝫ vereor pater mihi pecunias mittat.
Et vereor ne pater mihi pecunias mittat

S Eptimū preceptū de ablatiuis abſolute poſitis

Nota ꝙ ablatiui poſiti abſolute in ſignificatione conſequentie tum orationes plurimum dilucidant tum et cum venuſtate ſermonis breuitatem afferunt. Tum dum quando qui ſi niſi quia donec q̄uis nunꝙ et pauca ſimilia creberrime poſt ſe requirunt orationem cōiunctiuam quam alia oratio coniunctiua ſequitur. interdum vero indicatiua vel imperatiua eiuſdem temporis

De preſenti

Uirgilius Dum fata ſinant viuite leti
Therenti⁹ Dum in dubio eſt animus paulo momento huc vel illuc impellit̄

De preterito

Si romano imperio carthago ter non rebellaſſet penitus deleta non fuiſſet
Si celum rueret nulla feſtuca maneret

De futuro

Cum ego vixero dies fatatos moriar
Therentius. Sin ſenſero te quicꝙ fallacie conari in priſtinum te dedam

Omnis oratio coniunctiua vel indicatiua precedente aliqua iſtarum dictionū cum dum quando ſi quia ⁊c pulchre mutat̄ in duos ablatiuos abſolute poſitos quorum vnus ſit nominalis alter participialis

Hic ſeruandum eſt ꝙ adiectiua oratio mutet̄ in participia ſua preſentis temporis. Et paſſiua oratio in participia preteriti temporis quod participium trahitur ad omnem differentiam temporis ſecūdū exigentiam verbi adiuncti. Et ideo talis ablatiuus in reſolutione mutabitur in illud tempus cuius eſt verbū adiunctum.

Exemplum

Facerem hoc patre ſcribente id eſt ſi pater ſcriberet
Feciſſem hoc patre ſcribente id eſt ſi pater ſcripſiſſet

faciā hoc pr̄e ſcribēte id eſt ſi pater ſcripſit vel ſcripſerit

Participia enim ſignificant cū tp̄e limitabilit̄ vt ſtudens ꝓficio ſtudens ꝓfeci ſtudens ꝓficiā primū ſtudens eſt p̄ntis tp̄is ſecūdum p̄teriti tercium futuri.

Exemplum precepti

Grammaticus dicit

Qn̄ roma florebat ⁊ ſcipio affricanus regnabat tūc reſpublica bn̄ gubernabat̄ ⁊ carthago penitus delebat̄

Poſtq̄ fluxiſſent pauci anni ⁊ pompei⁹ cum iulio diſſenſiſſet ſumma ciuil' diſcordia regnare coepit Qn̄ vero bellū parabat̄ ⁊ pompei⁹ vincebat̄ iulius ceſar monarchiā imperii romani ſol⁹ adeptus eſt. Iſte ſententie magis elegāter exprimunt̄ mutādo ſuppoſitū ⁊ appoſitū in duos ablatiuos ſic

Orator eleganter

Roma florente atq̄ ſcipione affricano conſule reſpublica bene gubernabatur.

Paucis fluētibus annis pompeio ⁊ iulio diſſentientibus ſumma ciuilis diſcordia regnare coepit. Bello vero perацто ⁊ pompeio deuicto Julius ceſar monarchiā imperii romani ſolus adeptus eſt.

O q̄d gerūdia ſupīa ⁊ ꝑticipia ſunt inuēta vt duo vel aut plures act⁹ attribuant̄ vni ſuppoſito ſine cōiunctiōe media

Grāmaticus inepte dicit

Marcus Cicero puerilibus annis poetice vacabat et poſtea ſolutā orationē amabat ⁊ p̄cepta dicendi auidiſſime proſequebat̄ qui mira ingenii claritate pollebat ⁊ opera ſua multos ſaluabat et incredibili ſuauitate perorabat.

Hii ſex actus vni dant̄ ſuppoſito q̄ hoc pacto venuſtius ordinant̄. primū in ꝑticipio. ſecundū in verbo. terciū in gerūdio ponatur. Et interponēdo necnō alios tres eodē modo ordinentur

Orator pulchre dicit.

Marc⁹ Cicero puerilib⁹ annis poetice vacans voluentibus annis ſolutā orationē amabat p̄cepta dicendi auidiſſime ꝓſequendo. Nec non mira claritate ingenii pollens

opera ſua multos ſaluabat incredibili ſuauitate porando

Ctauū preceptū de gerundiis

Gerundia multo venuſtius ſine regimine ponuntur ſub conuenientia triū ſicut adiectiuum et ſubſtantiuum

Elegantius dicitur

Ueni pariſius ſtudendi iuris cauſa
Audiende poetice gratia
Uado ad ſcribendos libros. Ad ſcribēdas lr̄as. Ad ſcribenda volumina. Quam ſi diceretur
Ueni pariſiꝰ cauſa ſtudēdi ius. gratia audiendi poeticā.
Uado ad ſcribendū libros. ad ſcribendū lr̄as Ita quoꝙ ornatius dicit̄. gerendoꝝ bellaꝝ gr̄a venit princeps ꝗ gerendi bella gr̄a venit. Sic audiēdaꝝ fabulaꝝ locus nō eſt eccleſia pulchrius dicit̄ ꝗ audiendi fabulas locus non eſt eccleſia Probat̄ auctoritate Ciceronis. Tu fac cupidus mei videndi ſis. non dicit cupidus me videndi Probat̄ autoritate ſcripture.
Ad currendam viam et non ad currendum.
Item ad dandā ſcientiam ſalutis. et non ad dandum

Hoc in loco perutile eſt cōmemorare differentiam gerundioꝝ in di. do. dum. Et ꝙ gerūdia nullum caſum regant ante ſe. ꝙ habent omnes caſus preter vocatiuum in ſingulari ⁊ plurali. et ideo poſſunt cōſtrui cum caſibus a parte poſt ſine regimine ſub conuenientia trium ſicut adiectiuum et ſubſtantiuum

Poſita ſunt exempla de gerūdiis in di. In q̇bus clare vides cōſtructionē eoꝝ cum noīe ſubſtātiuo ꝑcedente ſcꝫ cauſa. gr̄a. locus. cupidꝰ. ⁊c. et cū caſibꝰ ſequentibꝰ tāꝗ adiectiua cū ſubſtātiuis. De gerūdiis in dum. Uado ad audiendam miſſam. Ad audiendos ſermones Ad audienda mandata. Elegātius dictū eſt. ꝗ vado ad audiendum miſſam. Ad audiendum ſermones
Itaqꝫ famulꝰ noſter iuit ad emēdos piſces. ad vēdēdas veſtes. ad videnda ſpectacula De gerūdiis in do

Pro cōficiēdo ſermonē ꝓ ꝯficienda ep̃la tota nocte labo
raui ꝓ ꝯponendis lr̄is totā noctem inſomnē duxi Uenu
ſti⁹ dictū eſt ꝙ ꝓ cōficiēdo ſmonē. ꝓ ꝯficiēdo ep̃lam ꝛc.
Ita etiā. Ex cōtinuādo in poetica labore bonū delcābile
Ex cōtinuādo diligent̃ mercatora bonū vtile. Et ex con=
tinuando oīm v̓tutum officio bonū honeſtum compat̃

Gerundiū in dum p̄poſita illa p̄pōne int̃ elegant̃ po=
nit̃ loco p̄teriti impfci ꝯiunctiui p̄poſito iſto aduerbio dū
Exemplū Inter cœnādum multas audiui faceti=
as id eſt dum coenarem.
Inter ambulādum occurrit mihi ep̄s. i· dum ambularē
Gerundia in do plerūq̄ꝫ cum p̄poſitione p̄cedente. Et ſe
pe ſine ea abſolute ponūtur Exemplū prioris
Qui reipublice gubernationē ſuſcipiūt facilitatem in au
diēdo humanitatē in agēdo promptitudinē in ſatiffaciē=
do ſeruare debent Exemplū poſterioris
Non autem reipublice legiſperiti deficere debēt dicendo
cōſulendo perſuadēdo. iuuādo quoniam cōſultādo quid
expediat inquirit̃. Item ptes audiēdo teſtes examinādo
iuſticia amminiſtratur
Gerundia in dum ſepiſſime cum eſt conſtructa actus ne
ceſſitatem important Exemplum
Therentius. Ita res erat. faciendum fuit
Item ſūmum in rhetorica ſtudium habendum eſt.
In dei ſeruitio perſeuerandum eſt. id eſt neceſſe fuit ita
fieri neceſſe eſt habere et perſeuerare.
Item cum ea quidem ratione nati ſumus vt aliquid di=
gnum viro a nobis tractandum ſit.
Nō eſt igit̃ nobis negligēdum ſꝫ diligenter nobis ꝓcurā=
dū vt officioſum ſp̄ aliq̇d ſit agendū. Nec cōtra naturam
eſt pugnandum veꝝ in recto ꝓpoſito ſp̄ permanendū eſt

n Onū preceptum eſt de ſupinis

Priora ſupina cōſtructionem petūt cum verbis
ſignificātib⁹ motum ad locū. Hic nota ꝙ v̓ba ſignifi=

cantia motũ ad locũ quaſi indifferẽter cõſtruũtur cum priori ſupino cũ gerũdiis in dum ꝛ pticipio futuri temporis in rus. Nichil refert ſi dicas. Uado venatum lepores. Uado ad venãdum lepors Uado venaturus lepores. Item famulꝰ ibit venditũ oleum Ibit ad vendendũ oleũ. ad vendenda vina ꝛ ibit venditurꝰ oleum

Posteriora ſupina conſtructionem petũt cũ quibuſdã adiectiuis paſſionẽq; potius ꝙ actionem ſignificãt Exempla ſũt. Hoc eſt facile factu id eſt vt fiat. Illud eſt difficile intellectu id eſt vt intelligat Hec fabula digna eſt auditu. id eſt vt audiatur. Hic accipe cõtra barbaros grãmaticos dicentes ꝙ posteriora ſupina ꝯſtruũtur cum v̄bis ſignificãtibꝰ motum de loco. vt venio luſu. venio pranſu ꝛc. Arguit contra eos ꝑ v̄gilium dicentem. Nec facilis viſu nec dictu affabilis vlli. Per therentiũ. Sum extra noxam. ſʒ nõ eſt facile excuſatu.

Per tullium. Difficile dictu eſt quãtope cõciliet animos comitas affabilitaſq; ſermonis

Decimũ preceptũ de aduerbiis. Aduerbiũ ſepe numero imediate ante v̄bũ locet niſi ſit ꝯpatiũ vel ſuplatiuũ qd venuſte in fine ponitur Exempla ſũt Fortiter pris equꝰ currebat Studioſe ioãnes laborabat Sʒ mei pris equꝰ currebat fortiſſime. Joãnes in practica laborat ſtudioſiſſime. Itẽ q̄ mihi diligent̄ mãdaſti facẽ curaui ſtudioſiſſime Aduerbium ꝙ cum poſitiuo et ſuplatiuo. nunꝙ vero cum compatiuo venuſte ponitur Exempla ſunt. Qd multi hoies ꝛ ꝙ plimi indocti grauiter errãt in via morũ. Et nõ ꝙ plures hoies. ſʒ bñ cõ plures hoies errãt. Itẽ ꝙ cito ꝛ ꝙ certiſſime rogo facias ꝛ nõ ꝙ citiꝰ. Aduerbia poſitiua ꝯpatia. ꝛ ſuplatia elocutiones nr̄as plimũ exornant Exempla ſunt

Caute etiã prudent̄ cõmode liberalit̄ atq; magnifice in ingrãtu te ſp habuiſti. Nec etiã accuratiꝰ neq; viriliꝰ vel cõmodiꝰ fieri potuiſſʒ ꝙ actum eſt. Qd peri

tiſſime atqꝫ magnificentiſſime rem publicā gubernaſti.

Ndecimum preceptum de participiis

Participiū poīt elegāter loco relatiui ⁊ ſui v̾bi pñtꝭ p̄teriti ⁊ futuri tp̄is ī rcō ⁊ obliquo Exēpliū de rcō Ut loco huiꝰ Pleriqꝫ de re publica bñ meruerūt qui ſtipendiū non accipiūt nec accipient vel acceperunt Elegantius dt Pleriqꝫ de re pu. bñ meruerunt nullū ſtipendiū accipiētes vel accepturi. Exēplū de obliquo Quam plurimos noſco ſcholaſticos qui nihil ꝓficiunt nec ꝓficient. ſꝫ tempꝰ ⁊ expenſas ꝑdūt Elegātius dicit Quā plurimos noſco ſcholaſticos nihil proficiētes nec profecturos verum et tempus ⁊ impenſas perdentes

Cauſa huiꝰ precepti eſt quia participium includit in ſe hoc relatiuū qui et ſuū verbum Igit loco illoꝝ duoꝝ poteſt ante illud verbum collocari Exemplum vt Amās id eſt q̇ amat Amaturꝰ.i.q̇ amabit Amatꝰ i.qui amatꝰ eſt vel q̇ amabat Amādꝰ.i.q̇ amabit Ex quo ſeq̄t ꝙ eadē ſnīa exprimit per ꝑticipiū pñtis tp̄is ⁊ verbum pñtis tp̄is. Itē per ꝑticipiū futuri tp̄is ī rus. ⁊ ꝑ v̾bū futuri tp̄is actiuū vel neutrale. Ita etiā per participiū futuri tp̄is in dus ⁊ ꝑ futuꝝ paſſiui v̾bi. Iſta ꝑ diuerſa exempla p̄ceptoribus pro pueris ſunt practicanda

Item ſcipio affricanꝰ qui romanꝰ cōſul creabat ꝓfugauit hanibalē qui italiā deuaſtauit liberauit romā que a barbaris opprimebat In hac orōe tria ſunt relatiua cū ſuis v̾bis loco quoꝝ elegātius participia ponuntur.

Hoc pacto ſcipio affricanꝰ romanꝰ ꝯſul creatꝰ hanibalē italiā deuaſtātē ꝓfugauit. atqꝫ romā a barbarꝭ oppſſā li(berauit

Uodecimū p̄ceptū eſt de p̄pōneꝰ

Si caſuale p̄pōnis ſit ꝯplexū ex adiectiō ⁊ ſubſtātiuo tū ipſa p̄pō venuſte ponit in medio Exēpla ſūt

Maximas ad res iuſticia conducit

Ornatiſſimo in loco ſpoliati ſumus

Iuſtis de cauſis malefici puniuntur

Jta quam ob rem. qua de cauſa. qua ex re

Prepoſitio nõnunq̃ ſuo caſuali poſtponit Exempla
Jllud eſt negociũ quo de multis in locis iudicatũ eſt
Hic eſt quo cum ſocietas eſt mihi gratiſſima
Jta quoq͡ʒ et qui cum ꝓquo cũ etiam me cum te cum ſe
cũ nobis cũ vobis. cũ que etiã pñt eſſe aduerbia Jtem
Eatenꝰ quatenꝰ hactenꝰ que etiã pñt eſſe dcões. Et li
cet tulliꝰ ſepenumero vtat̃ dc. ꝛ cũ poſt ſua caſualia nõ
tamen in aliis ꝑpoſitionibꝰ illud imitãdum eſt

Prepoſitio cum ſuo caſuali inter adiectiuũ ꝛ ſubſtã
tiuum venuſte locatur Exemplum
Ut ſumma in mercantiis exercendis induſtria requi=
ritur. vide ſupra in fine primi precepti

Jnter prepoſitionem et ſuũ caſuale ornate genitiuus
ſi fuerit collocatur Exemplum
Propter meritorũ amplitudinem ego te colui Ad re=
gis palacium ꝑ viarum multa diſcrimina me tranſtuli.
De principis noſtri potentia multi multa loquuntur

Exciũdecimũ preceptũ de interiectionibus.

Cum noſtris ſermonibꝰ aliquam leticiam vehe=
menter aut triſticiam aut ammirationem vel indigna=
tionem aut ſpem. vel timorem ſignificare volumꝰ id ip
ſum per coniunctionem aptiſſime faciemus
Per interiectiones mentis noſtre ſignificamꝰ affectus
quibus therẽtiane comedie aliorũq͡ʒ comicorũ libri ple
ni ſunt. que ſi geſtu voce atq͡ʒ vultu recte fiãt magnam
vim afferunt. Exemplum

Tullius. Proch dii immortales vbinaꝫ gentiũ imus
quã rẽpublicã habemꝰ. in qua vrbe viuimꝰ Therẽtius
Proch deũ atq͡ʒ hoĩm fidẽ q̃d eſt ſi hec nõ cõtumelia eſt
Vach q̃ infelici celorũ conſtellatione nati ſumus ſi tam
grauibꝰ moleſtiis tãq͡ʒ dura morte ſꝑ cruciari debeamꝰ
Jtem Therentius. Ducit ſecum vnam virginem pa=
pe facie honeſtam

Cū vehementem aliquem mentis cōceptū explicare cupim⁹ aut rem magis clarā ⁊ aptam demōſtrare volumus ꝑ v̄ba multiplicata id efficē poterim⁹ ad quā rē ſententiaꝝ ſinonyma plurimū valent. Exemplū Ubi mentis cōceptus nō dico mentis affectus v̄bis ſimplicib⁹ explicat̄. Qm̄ lrāꝝ v̄tutes tales eſſe conſtat vt totus mūdus ex ipſis gubernet̄ te hortor atꝫ rogo vt ad eas tibi cōparādas cures vt viꝝ ex ipſis te p̄ſtatiſſimū reddas Hec ſnīa ſic ex v̄bis cū vehementia multiplicari poteſt Qm̄ lrāꝝ v̄tutes tales eſſe conſtat vt in omniū potentiſſimorū fama ſemꝑ extiterunt vt ex ipſis vniuerſus terraꝝ orbis gubernet̄ exornet̄ ⁊ adiuuet̄ et conſeruet̄ nō ſolū te plurimū hortor atꝫ moneo. verūetiā ꝓ ſumma nr̄e familiaritatis coniunctione maximopꝑe te rogo oro et obſecro vt ꝓ ipſis lrāꝝ ornamētis cumulatiſſime tibi ꝯparādis tātopꝑe cures. labores. inſudes ī uigiles. atꝫ incūbas vt virum ex ipſis te reddas p̄ſtātiſſimū. Aliud exemplū. Poſt deū noſtꝝ omnipotentem et parētes qui me genuerūt neminē habeo quē magꝭ te diligā magis excolā. magis obſeruem. neꝫ maiori ꝙ̄ te benuiolentia complectar

Uartūdecimū eſt de ānexis. Cū ꝑ noīa aut v̄ba mlt̄iplicata nr̄ām orōnem locupletare volum⁹ id ſumme obſeruādum eſt ꝙ orō ſemꝑ creſcat et augeat̄ vt qȯ ſequit̄ maiorē vim ⁊ efficatiorē habeat ꝙ̄ qȯ precedat. Exemplum Therentius in andria Adeo ne me ignauū adeo ingratū aut inhumanū putes vt neꝫ me cōſuetudo neꝫ amor. neꝫ pudor cōmoueat. Therenti⁹ ī eunucho Pergis ne ſcelesta mecū ꝑplexe loqui. Quid ais venefica: quid ais ſacrilega.

Aliud exemplū. Cū iuſticiā eamipſam aptiſſime cōſtare videam⁹ ex ꝙ̄ opida ciuitates ꝓuitie natiōes reg̃ atꝫ īperia gubernāt̄ cōſeruant̄ ⁊ amplificātur.. Oēm igit̄ cogitationē diligentiā fortunas nr̄ās atꝫ noſipſos

totos libenter exponere debemus vt ea ipſa iuris equi-
tas diligenter excolatur. Item hoc in loco preceden
tis precepti exempla applicari poſſunt vbi per anexim
dicuntur. Rogo oro ꝛ obſecro. Item gubernetur et
exornetur adiuuetur ꝛ conſeruetur Item quem magis
te diligam excolam obſeruem

Vintūdecimū eſt de compatiuis ꝛ ſuplatiuis

Int ꝯpatiuū ꝛ ſuplatiuū hoc inteſt. qn̄ ꝯpatiuū
cū gtō plurali iūgim⁹ vtiqꝫ ſolū inter duo locū habere
ſuperlatiuum vero inter plura Exemplum
Manuū meaꝝ fortior ē dextra in ꝯpatiuo ꝛ nō fortiſſi-
ma ī ſuplatiuo Ita quoqꝫ oculoꝝ meoꝝ acutior ē dexter
et nō acutiſſimus Ita ecōtrario digitoꝝ meoꝝ medius
eſt lōgiſſim⁹ in ſuplatiuo et non ꝯpatiuo Ex quo infert
laurēti⁹ hanc ſacre ſcripture orationē ineptā fides ſpes
charitas maior hoꝝ charitas quod dicēdum fuiſſꝫ ma
xima haꝝ vel maximū horū. Itē iepta eſt qui maior ē
veſtꝝ ſit vr̄m mim⁹. cū dici debeat q̇ maxim⁹ eſt vr̄m ꝛc̄
Multa ꝯpatiua recte locata noſtras epiſtolas effici-
ciūt ſplendidiores Exemplum
Ut ex oīb⁹ hoīb⁹ qui magnā tibi beniuolentie ꝯiūctionē
ꝓfitent vnū tibi potiſſimū adoptaſti qui dignitatē tuā
magnope tueret. cui⁹ ſtudiū ꝓ laude tua illuſtrāde tm̄
extitiſſe cōſtat. vt neqꝫ maiorē operā nec ſtudioſiorem
curā. neqꝫ prōptiorem diligētiā neqꝫ ardētiorē beneuo
lētiā quiſqꝫ tibi p̄ſtare potuiſſꝫ Suplatiua ꝓpt magnā
reꝝ reſonātiā orōnes nrās reddūt ſplendidiſſimas ſti-
lūqꝫ noſtrū magis amplum longum et optimum
Exemplū vt Ego Caius lelius Scipione meo tam fa-
miliariſſime ſp̄ fretuſſum tā ſummope eū dilexi vt ſum
ma cū ipſo ſim familiaritate cōiunct⁹. Nec iiuria quū
ipē ſūmū ſp̄ mihi amorem p̄ſtiterit ꝛ vigilātiſſimā ꝓ re
b⁹ meis diligentiā declarauit ꝛ āpliſſimā mihi liberta
tis magnificentiā patefecerit vt nullū ſūmum hominis

amātiſſimi et liberaliſſimi officiū ꝑtermiſerit. neqꝫ vllū maximū ꝓ ſalute mea periculū ſubterfugere voluerit.
Compatiuo ⁊ ſuplatiuo non incōmode longe et multo preponuntur Exemplum
Juſticia alijs vtutibus multo ꝑclarior extitit. Marcus Cicero pre ceteris longe eloquentiſſimus euaſit
Multū paꝝ modicū paulū paululū tantū q̄tū bene cū poſitiuo ſꝫ nunq̄ cū ꝯpatiuo cōſtructionem petunt. Sꝫ multo pauco modico paulo tāto quāto cū ꝯpatiuo et non poſitiuo locentur Exemplum Demoſthenes grecoꝝ orator facundiſſimꝰ modico fuit tullio eloquētior ⁊ non modicū Quanto ſuperiores ſumꝰ tanto nos geramus ſubmiſſius. non autem tantum et quantum Jtem huiꝰ anni frumēta paulo chariora fuere q̄ ꝓcedentis. et non paulū Quiſqꝫ cū ſuplatiuo venuſte ponitur non cum poſitiuo et ꝯpatiuo Exemplum Ut optimus quiſqꝫ ſapientiſſimus. quiſqꝫ hoc eſt vnuſquiſqꝫ qui eſt bonus. ⁊ vnuſquiſqꝫ qui eſt ſapiens Et nō debet dici bonus quiſqꝫ. ſapiens quiſqꝫ
Jtem nō debet dici omnes optimi ⁊ cūcti ſapientiſſimi Reprobat hic laurentius lactantium dicentem.
Nā et ſi ita eſſent placidiora queqꝫ aīalia q̄ū placidiora omnia aīalia fuiſſet Ut ē ita duo requirunt ſuplatiua aut noīalia aut aduerbialia. aut alteꝝ noīale. alteꝝ aduerbiale Exemplum Tullius. Ut quiſqꝫ optime grece ſciret ita eſſe nequiſſimū. Jtem Ut quiſqꝫ animi magnitudīe maxīe excellit. Jta maxime vult oīm princeps eſſe. Quītilianꝰ qđ vt lōge optimū ita difficillimū Reprobat hic donatꝰ dicens vt q̄ſqꝫ miſer eſt ita ſenior videt. Jbi nullū ſuplatiuū poſuit ſꝫ ꝯfuſionem ex poſitiuo ⁊ ꝯpatiuo fecit q̄ oratio ita emendat vt quiſqꝫ maxime miſer ē. ita maxime ſenex videt. vel vt quiſqꝫ miſerrimꝰ eſt ita amiciſſimꝰ Per cū poſitiuo Et q̄ valde ſuperlatiuo iungi debet idqꝫ ꝓ verbis in cōpoſitiōe habent

Sꝫ ꝙ ꝓquãtũ cũ poſitiuo ſolo locet. Exemplũ
Ut ꝑpulchre perdocte perdiligenter Et non dicat ꝑpul
cherrime perdoctiſſime. Item ꝙ pulcherrie ꝙ doctiſ-
ſime ꝙ diligentiſſime. Dicit laurentius. Si aliter pe-
nes autores reperitur ſibi abeſſe non debet. quia nõ ne-
gat aliquãdo aliter factum eſſe ꝙ dicat ſed quod dicit id
frequentiſſime factitatũ eſſe quidem apud doctiſſimos

Ecimumſextum preceptum de poſitiuis

Si poſitiua exaugere velim⁹ addam⁹ eis per ex
vel per ꝙ vel in primis Exemplũ Charus mihi es et
periocund⁹ vt aſſoles Princeps noſter perdocilis eſt et
peraſtabilis. Uiri perquam ſplendidi in primis hono-
re digni noſcũtur. Negatio additur poſitiuo quam
venuſte contrariam ſignificationem poſitiui tenens
Exemplum Haud illepido ſermone ſuum votum
conſequutus eſt id eſt lepido ſermone Non mediocrem
laudem apud ſenatores tullius orando nactus eſt. id eſt
magnam laudem

Ecimũſeptimũ eſt de proprijs epithetis

Laudẽ titulos cuilibet hoiꝫ ꝓ qualitate ſui ſtatus
et meriti officij atq₃ dignitatis aſſignare ꝑ ꝓprias epithe
ta conandũ eſt ꝙ res ſi rite fiat ſũmũ nr̃o ſermõe ſplen
dorem affert Ac iſtud p̃ceptũ bene obſeruandum nedũ
in hoib⁹. veꝝ ⁊ in alijs reb⁹ oĩb⁹ oportebit diligẽter inſpi
cere et accurate ꝯſiderare ꝙ ſit natura reꝝ ꝙ vis ꝙ digni
tas ꝙ ve p̃ſtãtia ⁊ excellentia qb⁹ notatis ⁊ cognitis tũc
idoneas ꝓprias ⁊ ꝯuenientes adiectiuatiões ĩ poſitiuo
compatiuo vel ſuplatiuo addem⁹ illaꝝ reꝝ ſubſtãtiuis
Exemplum in ſpiritualibus Scribendum eſt ſic.

Summo pontifici Sanctiſſimo ac btiſſimo patri
Cardinalibus Reuerendiſſimo ĩ chriſto patri
Epiſcopis et Abbatibus in poſitiuo. Ut reuerendo et
venerando ⁊c̃.
Doctoribus theologie Celeberrimo viro docto-

(ſpecti
ri meritiſſimo
Juriſtis doctoribꝰ Spectatiſſimo pōtifici iuris inter
Inferioribus clericis. Prudenti vel prudentiſſimo
Diſcreto vel diſcretiſſimo
Jta prouido vel prouidiſſimo Sapienti vel docto
Erudito vel eruditiſſimo
Exemplum in ſecularibus. Scribendum eſt ſic
Jmperatori Victorioſiſſimo ⁊ glorioſiſſimo roma-
norum imperatori diuo et ſemper auguſto
Regi francie Chriſtianiſſimo principi: N. dei gratia
francorum regi
Alus regibꝰ Secretiſſimo inclitiſſimo illuſtriſſimo
victorioſiſſimo glorioſiſſimo
Ducibus Preclariſſimo et illuſtriſſimo principi
Exemplum
Comiti magno Jlluſtri generoſo
Baroni Generoſi magnifico p̄potenti
Militi Splendido generoſoqꝫ viro. Vel Strenuiſ-
ſimo ⁊ p̄potenti viro ſi bellicoſus ſit Exemplū
Mercatori Spectabili. ſpectato. fidiſſimo. magnifi
co. ornatiſſimo. officioſiſſimo integerrimo
Conſulibꝰ ⁊ Burgimagiſtris Grauiſſimo. inſigniſſimo
preſtantiſſimo. peritiſſimo. clariſſimo. ſplendidiſſimo.
probatiſſimo ⁊c. Equalibus
Dilecto vel dilectiſſimo chariſſimo fideliſſimo cordialiſ
ſimo facetiſſimo amantiſſimo
De iſtis diuerſaꝝ pſonaꝝ titulis habet in quodā par
uo tractatulo quem ex diuerſis collectum curaui
Aliud exemplum in laudem ciceronis
Q̄m in Marcho Tullio Cicerone ſummo et celeber-
rimo quidē oratore tāta erat dicēdi vis tāta eloquencie
facultas. tāta agēdi rō̄ tāteqꝫ cōſtabāt orōnis eius dimi-
tie vt in ipo eſſꝫ acutū ingeniū graues ſnīe. Jnt̄ea me-
moris atqꝫ geſtꝰ oratoriꝰ vt oīa poſſet aīo pcipe meōria

cuſtodire rempublicã adminiſtrare ⁊ alia cetera gubernare. Ergo ipſe cicero fuit diuina prudentia ĩſtructꝰ excellenti ingenio p̃ditꝰ Incredibili animi fortitudĩe munitus Ingenti temperãtia decoratꝰ maxima ĩtegritate cõditꝰ ſingulari modeſtia illuſtratꝰ gratiſſima humanitate p̃poſitꝰ ⁊ vt oĩa cõplectar cunctaꝝ v̓tutũ generibꝰ nobilitatꝰ Nõ ſolum homĩbꝰ verum omnibꝰ rebus ꝓ ſuis naturis atqꝫ p̃ſtãtiis diligenter cognitis adiũgere debemꝰ ꝓprias ⁊ cõdignas adiectiuatiões poſitiuas cõparatiuas ⁊ ſuperlatiuas. Sic dicimus

Celum ingenerabile incorruptibile ⁊ volubile
Elementa generabilia ⁊ corruptibilia
Ignem calidum Aerem humidũ ⁊ perſpicuũ
Aquam frigidam Terram ſiccam
Niuem albam. Coruũ nigrum Mare ſalſum

Hec precepta inter omnes doctiſſimos diuinus ille Maro acutiſſime ſeruauit qui adeo ꝯfecte adeoqꝫ copioſe ꝓpriis epithetis ſua cõſperſit carmina vt vix verſiculus ſit qui nõ mellis inſtar illoꝝ dulcedine roret aut ſententiarum grauitate ſplendeſcat.

## Ex buccolicis Virgilii

| | | | |
|---|---|---|---|
| Patula | fagus | Malum | cõtagium |
| denſa | corilus | Sacri | fontes |
| Nuda | ſilex | opacum | frigus |
| Alta | cupreſſus | leuis | ſuſurrus |
| Lentum | viburnũ | Alta | rupes |
| Amara | ſalix | palumbes | rauce |
| ſtipula | tenuis | turtur | gemens |
| Dulce | aruum | | |
| Dulces | nati | Cerui | leues |
| Tener | agnus | piſces | nudi |
| Tener | fetus | poma | mitis |
| Pinguis | victima | caſtanee | molles |
| Limoſus | iuncus | lac | preſſum |

Ex Eneide Virgilii dicentis

| | | | |
|---|---|---|---|
| Antrum | vaſtum | ſagittas | celeres |
| Uentos | luctantes | tumorem | meſtum |
| Tēpeſtates | ſonoras | mare | veliuolum |
| Arcem | celſam | mortem | pallidam |
| Noctem | atram | Lincem | maculoſam |
| Ignobile | vulgus | apros | ſpumantes |

Ecimumoctauū eſt exceptio a tertio precepto:

Oratio perfecta non ſolum in fine verbum ſemper habebit verumetiam ſignum aliquod vniuerſale. Aut comparatiuū aut ſuperlatiuū nominalem vel aduerbialem.

Exemplum de ſigno affirmatiuo

Que tu mihi mandaſti perfeci omnia. Item mandato tuo obtemperant omnes

Exemplum de ſigno negatiuo

Hāc tu niſi mors mihi adiuuet nemo Ego callidiorem hominem vidi neminem

Exemplum de comparatiuo

Ut pauco tempore petrus factus eſt multis laboribus eloquentior

Exemplum de ſuplatiuo

Longe aliis plato euaſit doctiſſimus

Item que nobis precepta ſunt faciam⁹ diligentiſſime

Ecimumnonum preceptum

In re leta verbis triſtibus Et in re triſti verbis letis minime vtemur

Natura enim non patitur. vt cum graui aliquo merore premimur verboꝝ oblectatiōi vacare poſſit anim⁹ Rem igit̄ triſtem v̄ba triſtia et rem letam leta decent. Hoc elegantiſſime teſtatur oratius dicens. Triſtia meſtum. Uultum verba decent. Iratum plena minarum Ludentem laſciua ſeuorum ſeria dicta.

Iceſimū eſt de clauſula finali materie noſtre In fine noſtre orationis aut epiſtole optinendū eſt

aliquid quod auditoribus rem gratam efficiat eorumq;
animos vehementius ad id quod petimus alliciat
Curandum eſt vt epiſtola noſtra aliquo egregio dicto
cōcludatur quo facto nequaq̄ vlterius producatur ne
gratia illa quam bene ſcribendo. nacti ſumus perdatur

Exemplum

Quod ſi feceris polliceor me fore non modo paratum
verum percupidum placere obtemperare moramq; ge
rere tibi ſi qñ erit quod potero tuis votis complacere
Quod ſi mearum precum gratia effeceris nunq̄ me in-
uenies facti fauoriſq; immemorem.
Quod ſi feceris cogita nullam rem tam arduam quam
pro te non putabo leuiſſimam modo in aliquo intelligo
officium meum tibi profuturum. Si quid erit in quo
poſſim. meo officio tibi placere cognoſces me tibi rebꝰ
tuis amicū eſſe vt beniuolentia nemini tuoꝝ cedam

Hec et multa ſimilia ex epiſtolis familiaribus tulii
colligi poſſunt

Elegantiarum viginta precepta finiūt
Impreſſa Pariſius In vico ſancti Jacobi
Ad interſigniū Floris lilii Per Guidonē
marchāt Anno dñi. M. cccc. nonageſimo
tercio. quarta die Decembris

[illegible]

compleui

[illegible]

Expoſitionum [illegible] precepta finitā
Impreſſa Par[illegible] [illegible] Jacobi
Ad inſtantiam [illegible] per Guidonē
mercatorē. Anno [illegible] nonageſimo
ſexto, quarto die Decembris

BIBLIOTHEQUE MAZARINE